



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

In Concilium Lvgdvnense II. Oecumenicvm, Sive Vniversale XIV.
approbatum, episoporum plusquam septingentorum, contra Graecorum
errores, & pro recuperatione terrae sanctae, aliisque de causis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

M.P.
L.A.N.C.
ite ser.
natim,
as, vt
is sen.
onitio.
obser.
lla, n*il*

GREGORIUS LVGDVNENSE II. RUDOLPHVS I. IMP.
P.X. PHILIPPVS III. R. FRANC. 583

ANNO CHRISTI 1274. nes qui ausi fuerint prædicta licentia data vti, vel aliquid præmissorum, ad quæ committenda licentiam dari prohibuimus alias committere suo motu: qui autem in eadem sententia permanferint duorum mensium spatio, extunc ab ea non possint, nisi per sedem apostolicam, absolutionis beneficium obtinere. Datum Lugduni Kalendis Nouembbris, anno tertio.

I N

* CONCILIVM LVGDVNENSE II.

OECVMENICVM, SIVE VNIVERSALE XIV. approbatum, episcoporum plusquam septingentorum, contra Græcorum errores, & pro recuperatione terræ sanctæ, aliisque de causis celebratum anno Domini MCCLXXIV. sub Gregorio X. & Rudolpho imperatore,

N O T A E.

* *Concilium.*] De loco & tempore habiti Concilii, de personis quæ præsto fuerunt, de rebus in Concilio constitutis & peractis, summatim Trithemius in chronico Hirsaugensi ista ait: *Concilium generale Lugduni celebrauit Gregorius X. anno pontificatus sui secundo, in quo mulci cardinales, archiepiscopi, abbates, aliqui diuersi generis prelati comparuerunt, multa ad electionem summi pontificis, ad expeditiōnem in Saracenos, ad unionem Greco Latineque ecclesie, & ad pacem Christianorum pertinentia mature statuentes. Ibi comparuit Paleologus imperator Constantinopolitanus cum magno comitatu, qui tertiadecima vice in sententiam Romanae ecclesie Gracos suos toties deficiētes Concilio necessario pertraxit. Hæc chronicon Hirsaugense.*

Siffridus presbyter libro 2. sua epitomes, Anno 1274. celebratum est, inquit, *Lugduni Concilium magnum, presente papa Gregorio X. Hic electionem regis Rudolphi confirmauit. Blondus decade 2. lib. 8. Gregorius pontifex, ait, Lugduni Concilium indixit. Contulit se ad id Concilium Michael Paleologus Greco-rum imperator, & unioni orientalis ad occidentalem ecclesiam consenſit: secutique illum nonnulli T'artari, gentis Scythicae proceres, sacro baptismatis charactere superflui, Christianos se & catholicos fore profecti sunt. Sed & Rudolphus ab electoribus Germanis in Romanorum regem declaratus, ea conditione a Gregorio pontifice in Concilio est acceptus, ut Roman pacificus ad inunctionem accipiendo se conferret, ac rebus Hierosolyma quantam posset opem ferret.*

Hæc Blondus. *Eiusdem Synodi meminit Robertus Gaguinus lib. 7.*
 his verbis: *Eodem prope tempore, anno salutis 1274. patrum Synodus ad
 preside Gregorio X. Romano pontifice Lugduni habita est, ubi de expedi-
 tione in Syriam ducenda actum est. Philippus cognito imperatoris ad-
 ventu ad eum salutandum profectus, postquam de Christiano statu diu
 confabulati sunt, tres Lugduno finitimas arces in potestate Gregorii,
 donec Synodus solueretur, permisit, attributo insuper ad pontificis custo-
 diam non paruo numero milite. Adfuit Concilio Palæologus Grecus im-
 perator, ecclesiæque occidentali fœniuit. Quem nonnulli ex Tartari
 secuti sacro lauacro abluti sunt, & Christiani effecti. Hæc Robertus
 Gaguinus.*

Nauclerus & Ioannes de Opido scribunt in hoc Concilio Grecos
 non solum professos esse Spiritum sanctum a Patre Filioque procede-
 re, eiusque rei gratia coram toto Concilio symbolum Nicænum de-
 cantasse, verum etiam a Romano pontifice imperii confirmationem
 impetrasse, cique se in omnibus submisisse.

Qua occasione ista contigerint, scribit lib. 5. Nicephorus Gre-
 goras his verbis: *Proinde tot difficultatibus circumuentus imperator,
 pene ad desperationem compulsus, legatos ad papam mittit de ineunda ve-
 teris & nouæ Romæ ecclesiæ concordia, modo Caroli expeditionem
 auerteret. Ea legatio a pontifice benigne audita est: ea se facile que im-
 perator petuisset conjecturum esse pollicetur; statimque suos legatos illis ad-
 iungit, qui concordiam conciliarent atque amplectentur. Cuius hac
 tria capita fuerunt. Primum, ut in sacrorum voluminum hymnodiis
 papa cum quatuor patriarchis mentio fieret. Alterum, ut liceret cuius
 Romanam veterem, qua curia maior & perfectior esset, appellare. Ter-
 tium, ut illi principatus in omnibus deferretur. De appendice vero sacri
 symboli, quam illi nouarunt, aut alio quoquis argumento, tum nulla
 acrior contentio incidit: sed (quod ad eas quidem res attinebat) pacata
 & tranquilla fuerunt omnia.*

Matthæus Vveletmonasteriensis res in hac Synodo gestas summa-
 tim recensens, addensque orientalium fidei confessionem, ista habet
 quæ sequuntur: *Anno gratie 1274. Kalendis Maii sub papa Grego-
 gorio decimo apud Lugdunum fuit Concilium maximum celebratum,
 quod a Kalendis predictis usque ad XVII. Kalendas Augusti durauit.
 In hoc Concilio dominus papa Eadwardum commendauit omnibus, di-
 cens terram sanctam fuisse desperitam, nisi venisset citius ad eamdem. In
 hoc Concilio papa statuit, quod subsequentes septem annos de cunctis pro-
 uentibus ecclesiasticis in subsidium terra sanctæ decima soluerentur. In hoc
 etiam Concilio de conuersione Græcorum, post schisma, letitia magna fuit.
 Qui Graci literas auro bullatas cum literis prelatorum de Gracia attu-
 lerunt ad Concilium, quarum tenor sequitur.*

cuius tenor est talis: *Etsi impignorationes, quas vulgaris elocutio repre-
salias nominat, in quibus alius pro alio prae grauatur, tamquam graues
legibus & aequitati naturali contrarie, ciuii sunt constitutione prohibi-
ta; ut tamen earum prohibitio in personis ecclesiasticis tanto amplius ti-
meatur, quanto in illis specialius inhibetur eas concedi contra personas
predictas, seu bona ipsarum, aut quantumcumque generaliter prae textu
cuiusvis consuetudinis, quam potius reputamus abusum, forte concessas,
ad illas extendi praesenti decreto districtius inhibemus. Illi autem qui
contra fecerint, aduersus personas easdem impignorationes seu represalias
concedendo vel extendendo ad eas, nec presumptionem huiusmodi reno-
cuerint a conceptionis vel extensionis tempore infra mensem, si persona
singulares fuerint, sententiam excommunicationis incurvant: si vero
universitas, ecclesiastico subiaceat interdicto. Ex hac tamen salubri con-
stitutione modica prouenit utilitas, vel quia rite post Congilium in pro-
vinciis publicata non extitit, vel quia excommunicationis precipitum a
malis hominibus non timetur. Item pro subfido terre sancte imposita fuit
in eodem Concilio omnibus ecclesiis & monasteriis, non tamen xenodochiis
nec orphanotrophiis, solutio decimarum omnium prouentuum ec-
clesiasticorum per sex annos continuos idem Concilium subsequentes.
Quae decima, quamvis studiose exacta fuerit & recepta, non tamen est
evidens qua utilitas terre sancte exinde fuerit procurata. Hac sunt
fragmenta actorum synodalium quae apud scriptores huius tempora-
ris inuenire potui. Tu lector iisdem vtere ac fruere.*

CONCILIVM SALTZBURGENSE
PRO RECIPIENDIS LVGDVNENSIS SYNODI
constitutionibus aliisque de causis congregatum anno
Domini MCCLXXIV. tempore Gregorii papæ X.

TITVL CIPIVLORVM.

- | | |
|--|--|
| I. De capitulis provincialibus ab-
batum ac aliorum prelatorum. | IX. De ordinatione clericorum. |
| II. De renocatione monachorum
fugitiuorum. | X. De presentatione vicariorum. |
| III. De prava consuetudine abba-
tum erga monachos. | XI. De tonsura & ueste clericorum. |
| IV. De dignitatibus abbatum. | XII. De tabernis. |
| V. De correctionibus capitulorum
provincialium. | XIII. De sacerdote suspensi ab of-
ficio. |
| VI. De indulgentiis & remissio-
bus. | XIV. De captiuitate monachorum
vel clericorum. |
| VII. De pluribus beneficiis clerico-
rum. | XV. De conuersis vagabundis. |
| VIII. De residentia plebanorum. | XVI. De vagis scholaribus. |
| | XVII. De episcopis puerorum. |
| | XVIII. De sententia excommuni-
cationis a nobis traditis. |